

J.K.
124
21.

II i
559

Patria Christi

NATIVITATEM CHRISTI ^{Ad}

Die 16. Jan.

hora consueta

IN AUDITORIO MAJORI

Ligata oratione

celebrandam

Venerabiles Dnn. Inspectores, Patronos Fauto-
resq; Musarum,

Quia par est observantia & modestia,

M. GEORGIUS ANDREAS Winholt/ Rector.

CYGNÆ,

Literis Büschelianis.

32.





Atalibus Domini vel maxime inclaruisse Bethlehem, nemo haec tenus in dubium vocavit: neque ullus extitit scriptorum probatissimorum, qui fecus prodidisset memoriae. De eo autem diversis disceptatum est sententiis, intrane an extra oppidum Imperator orbis lucem aspicerit. Si enim Eusebii demonstrationem evolvimus: appareat, Salvatorem natum dici in agro Bethlehami. **Hodie quoque**, inquit, **qui locum illum incolunt, tanquam a patribus accepta memoria, iis, qui visendi gratia Bethlehem petere consueverunt, testimonium suum afferunt, veritati fidem facientes, agrumque demonstrantes, ubi virgo enixa infantem deposituit.** (a) Agrum vero urbis ab ipsa urbe, quae in agro sita est, vulgo distingui, neminem fugit, nisi rerum notissimarum expertem. Sed præterquam quod Caſa bonus, vir in omni literarum genere versatissimus, in locum $\delta\alpha\gamma\epsilon\sigma$ substituendum putat $\delta\alpha\gamma\epsilon\sigma$, quod cum $\alpha\eta\lambda\alpha\omega$, ab aliis hoc in negotio usurpatam vocem, congruit; (b) ita ut infans ex utero materno prodiens, non in agro, sed in spelunca positus intelligatur: (quamvis limata viri correſio Lanſſelium, acerrimum Baronis sui defensorem, ad iram atque indignationem proritarit) (c) nihil obstat profecto, quo minus, oratorum more, id, quo locus nativitatis continebatur, pro loco ipso natali usurpaverit Cœſariensis, quemadmodum $\gamma\eta\iota\delta\alpha$ terra Judææ vocatur oppidum Bethlehem, (d) quod neque Gravelinganus ille Jesuita, neque aliis quispiam pro tota Judæa habuerit; habere nunquam poterit. **Quid?** quod Græcum $\alpha\gamma\rho\delta$ interdum angustius, nunc profundo possessoris, nunc pro loco proprio (qualis est $\chi\omega\epsilon\sigma$) adhibetur; quo sensu exponit Hesychius. (e) Etne diutius isti controverſie immorarer, fatetur Lanſſelius ipſe, Eusebium variis ſcriptrum locis probare, quod filius DEI Bethlehami fuerit natus. (f) Neque id fine cauſa. Conſtanțem ex operibus Eusebianis, Servatorem, Syriæ præſidente Cyrenio, editum in Judæa oppido Bethlehem; (g) Ex vaticinio Micheano colligi firmiter, Meſſiam ex Bethlehem orиundum; Matthæum liquido attestari, Christum natum in Bethlehem; Magos ab Herode dimiſos Bethlehem; pastores iter feciſſe versus Bethlehem. (h) Quod igitur toties afferuit Doctor Ecclesiæ eruditissimus: id eum alias negasse, & ita quidem negasse, ut eadem oratione, qua ſententiam animi ſui accuratius atque acri studio expoſuerat, longe contraria edifereret: hoc vero eſſet, uno ore calidum effiare ac frigidum. Unus inter Scriptores ecclesiæ veteris Dominum in spelunca extra vicum ſeu oppidum editum ait S. Iuſtinus, Martyr & Philosophus ævi ſui celebratissimus. Is mentem ſuam in dialogo cum Tryphone (ſive potius, ut ſuſpicatur Drufius, Tarpsone, qui eorum temporum Judæus fuerit) libere candideq; ita aperuit: $\gamma\alpha\tau\eta\kappa\eta\tau\eta\theta\omega$ τότε δέ παλιός ἐπί βηθλέεμ, ἐπειδὴ δὲ ἔχει ἐν τῇ κώμῃ ἑκάτη, πᾶς καταλύσαι, ἐπηγέλαιοι λινοὶ σύβλιοι τῆς κάμης κατέλυσον. Καὶ τότε αὐτῷ ὅγιον ἑκάτη, ἐπεικεῖν υα-εῖα πὸν χειρὸν, καὶ ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς θείας, i.e. nato puer in Bethlehem, quia Joseph in vico eo non habuit, quo diverteret, in ſpecum quendam vico proximum conſeffit. Atque ibi cum eſſet, enixa eft Maria Christum & in præſepi poſuit. Hunc ſecuti Duceſtunt, ne alios nominem, Brocardus Monachus, itemque Abr. Sculterus. Ille non dubitat ſtatuere, rupem ea urbis parte, qua in orientem ſolem ſpectat, præſepe quoddam habuiffe pro ſtabulo, ubi ſalutis Autor ex utero matris prodiiffet. (i) Hic in oppido illum partu datum negat, ſed prope mœnia orientem versus in ſpecu, ibique in ſaxo inciſum præſepe fuſſe affir-

affirmat. (k) Quæ causa Martyrem permoverit, quare opinionem omnium repudiaret, inq; divortium abiret solus, non videtur obscurum. Conjecit haud dubie vir laudatus, quia Josephus, cura pater, & virgo jamjarn paritura, in divisorio commorandi spatiū non invenere: idcirco necessitatibus telo coactos, quoniam sub dio versari partui proximæ imprimis molestissimum fuisset: hospitium, quod sibi commodum speraverant, deferuisse aliquamque sibi sedem, ubi manerent aliquandiu, resque suas curarent, extra vicum quæsivisse ob hominum præsentium multitudinem. Quasi uno occupato contubernio, reliquæ hospitandi occasiones omnes abscederentur statim; aut præter locum suetum convictusq; advenarum frequentem non angulus aliquis aut stabulum porruisset supereffe, quo diversi interim liceret. Et superfuit sane. Namque nos, camera vel cubiculo præoccupato, non præoccupatum etiam stabulum credimus, edocti hanc Logicam ab Evangelista: ἀνέλινε τὸν ἐπὶ θάρη δόλον ἡ αὐτοῖς τοσοῦ. ἐν τῷ κατέλυσαι, reclinavit Maria Jesulum linteis involutum in præsepi: quod non esset eis locus in divisorio. (l) Nec dubitandum ulterius existimamus, licet ἐν κατέλυσαι locum designet, ubi animal à via labore quietescat, fave homo fuerit, fave brutum; eo, quod sarcinae ibi deponi atque exonerari soleant animalia. Quippe veritati quidem consentaneum est, Græcos advenientiū receptacula à solvendis tum onerib⁹ tum vestimentis appellataſſe: nec ideo tamen omne spatiū, quod receptacula illa pariter complectebatur, eo nomine insigniri debet: adeoque latius patebat divisorium, quam κατέλυσαι, quia non in quavis divisorii parte peracti itineris molestias licebat abstergere, sed suis accidentibus locus relinquebatur. Sicut ergo Græcorum Gynæcea, in quibus feminæ habitabant, male rotas domos interpres: sic minus convenienter sedem divertentibus propriam cum integro ædificiū spatio confunderes, locumq; extra ordinem assignatū, quem divisorio ipſi conjunctū fuisse aut certe propinquum credibile est. præter rem Josepho ac Mariæ detraheres, ut ut ordinarius in tanta hominum frequentia assignari non potuit. Accedit: quod Lucas non ἐν κατέλυσαι, in divisorio dicat aliquo, sed ne aliud fortassis usurpatum existimeretur, ἐν τῷ κατέλυσαι, in divisorio illo, scilicet, quod Joseph & Maria adierant, quoque utebantur. (m) Quo paſto negatus quidem illis divertendi locus, sed non omnis est. Et hue respexit etiam felicissimus eloquiorum divinorum interpres B. Lutherus, quando versum septimum narrationis historicae ita reddit: sie geba ihren erst n Sohn/ undwickelt ihn in Windeln/ und leget ihn in eine Krippen/ deit sie batter sonst keinen Raum in der Herberge. (n) aut uti in bibliis anno 1490. Augustus Vind, impressis legitur: si gebare Iren erstgeboren sune / und wiecket In in tücher/ und leget in in die Krip/ wann Ir was nit ein stat in der schupfen. In suburbio Bethlehemita Deum nasci voluisse, contendit quidē Baronius: at minus quod sentit, persuadebit illis, qui fidē suam ad scripturā normam componunt. Namq; intra oppidulum natum eum, quem torus orbis non capit, alleverat Propheta: (e) suffragatur Evangelista, Josephum cum despontata sibi descendisse in Bethlehem, cumque ibi fuissent, virginem peperisse: chorus Angelorum concinuit, natum pastoribus in civitate seu patria Davidis Salvatorem; Pastores Angelicum nuncium accipiunt statimque visundi infants cupiditate capti in Bethlehem abeunt, ibique intuentur oculis, quod auribus perceperant; (p) Magi applaudunt, Regemque adoratum venientes Bethlehemum ablegantur, inque domo Bethlehemica Chaldæorum more terna dona offerunt. (q) Scriptores rerum sacrarum tam luculentis convicti testimoniis consentunt; Cyrillus Hierosolymitanus, (r) Basilius Magnus, (s) Gregorius Nanianzenus, (t) Venerabilis Beda (u) Radulphus

Ar-



BR II: 539

X 334154

Ardens (w) Bruno Astensis (x) Honorius Augustodunensis. (y) Portam ~~urbis~~ clausam si quis objiciat, pastoribusque inde obseptum aditum: sciat, adhuc dubitari, an portas habuerit Bethlehem. Quid vero si non media nocte, sed circa diluculum homines pascendis ovibus assueti intraverint, quando aperiri solent portae, maxime ubi in pascua agenda sunt pecora? quid si portae, tanta pace florente, patuerint etiam nocte? Neque porro Angelus abituri locum monstrat, quo infantem invenirent, quando inquit: *Hoc VOBIS ERIT SIGNUM, INVENIETIS &c.* quasi locus ipse vocaretur praeseppe, sed notam, qua infantem istum ab aliis distinguerent. Quod Honorius Augustodunensis scribit: in platea virginem edidisse ferum suum, inque praecepi puellum reposuisse, quod ipse Joseph vel alii hofpites hic sepissim animalibus, (z) id tam alienum a vero, quam absurdum viderit Casaubono, sospitatorem generis humani in agro editum. Jacobus de Viragine, alias Genuensis, Josephum in communi transitu inter duas domos oportunitum habentes divertisse ex historia Scholastica meminit. (aa) Huic vero fidem non leviter derogat Vossius. Et Vives Legendum auream scriptum ait ab homine oris ferrei, cordis plumbei. (bb) Origenes speluncam eligit. δεκάνωι inquit το ἐς βαθέσιν απηλεον, ἔδοι ἐργανθηστον ostendunt in Bethlehem spelæum, intus (Christus) natus est, (cc) Quod quidem ut casa lacera culmisque agrestibus horrida ab Erasmo describitur. (dd) Nec dissident Borremansius ideo, quod patria Messiae in faxeo colle, æque ut tota sylmorum regio sita fuerit. (ee) Placuit stabulum Basilio M. Zenoni Veronensi, Bernardo & aliis, quorum quidem probabilior est sententia. (ff) Nos ictis inquisitionibus nimium anxiis omisis, potiorem ducimus curam, providere, quomodo natus Bethlehami Rex, digne queat excipi. Quam quidem curam quo apparatu in se suscepint:

I. CHRISTOPHORUS SEIPTIUS, Cygnensis,


II. PAULUS GUNTHERUS, Ebens-Brunnenfis.

III. DAVID DIETERICUS, Kirchbergenfis.

IV. JACOBUS FOERTSCHIUS, Weissenbornensis.

dum I. versu Epico. II. Elegiaco. III. Jambico. IV. Sapphico Jesulum recens natum profequi laboravit, Dnn. auditoribus, quos benevolos nobis & frequentes fore confidimus, judicandum relinquimus. P. P. Cygneæ d. 15. Jan. Ann. Chr. 1702.

(a) Demonstr. Evang. l. 7. dem. 4. (b) in exercit. ad Baron. (c) v. disjunctionem column. Cafaub. c. 12. ad Juft. Martyr. (d) Matth. 2. v. 6. (e) in dictiōnar. Cont. & Henr. Steph. theſ. Gr. ling. (f) l. c. ad Martyr. (g) Euseb. dem. Evang. l. 3. Dem. 5. (i) in decriptione Palestinae. (k) in medulla patrum c. 3. (l) Luc. 2. v. 7. (m) Luc. l.c. (n) Luc. l.c. (o) Micheas. c. 5. (p) Luc. 2. (q) Matth. 2. (r) Cateches. 12. (s) Homil. in sanctam Ch. nativitatem. (t) orat. in natalem Salvatoris. (u) de nativitate Domini. (w) in natalii Domini. (x) homil. in die natal. Domini in nocte. (y) Sermone in nativit. Domini. (z) loc. jam cit. (aa) Histor. Lombard. de nativit. Domini legenda. Conf. hist. Scholast. c. 5. (bb) de hist. Lat. l. 2. c. 60. (cc) l. i. contra Celsas. (dd) de casa Christi natalitia (ee) in vesper. Gorinchem, c. 1. (ff) loco supra cit.



VD 18

MC

F.K.
124
21.

NATI CHRISTI

Patria Chigi

Venerables

Patronos Fauto-

M. GE

destia,
holt/ Rector.

Farbkarte #13



32.